Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



in bethania ubi etiam discipuli quod omnes tres com
memorent murmuraverunt adversus mulierem tam
quam de perditione pretiosissimi unguenti. Quoniam ergo
matheus et marcus caput dni unguento illo perfusum dicunt.
Iohannes autem pedes. regula ista ostenditur non ee con
trarium quam demonstravimus, Cum de quinq; panib;
pascere turbas ibrenim quia non defuit qui et quinqua
genos et centenos discubuisse comemorare, Cum alius
quinquagenos dixerit non potuit videre contrarium.
potuisset autem si alios centenos tantu posuisset. sicut alius
quinquagenos. et tamen debuit invenire utrumq; factum
ee. quo exemplo informare nos potuit. sicut illic ad
monuit etiam ubi singuli euangelistae commemorent
utrumq; factum intellegere, Proinde et hic non solum
caput sed et pedes dni accipiamus perfudisse mulierem.
Nisi forte quim marcus fracto alabastro perfusum caput com
memoret; Tamquisq; absurdus et calumniosus e. ut aliquid
invasae fracto neget remanere potuisse; Unde etiam
pedes perfuderit. sed cum iste contenderit sic ee fractu
ut nihil ibi residui fuerit. Niteris adversus veritate euan
gelii. quanto melius et religiosius contendit. Alius non ee
tra fractum ut totu effuderit niteris veritate euangelii;
Ille autem calumniatur sicam pertinaciter caecus e. ut euan
gelistarum concordiam de alabastro fracto frangere conatur;
Prius accipiat perfusos pedes antequa illud fractu esset. ut
in integro remaneret, Unde etiam caput perfundere ut
ubi fractura illatorum effundere. a capite quippe nobis ordi
nate consili agnoscimus. sed ordinate etiam nos a pedibus
ad caput ascendimus. Certe facti huius nulla mihi videntur
habere questionem, Quod enim alii dicunt discipulus mur
moravisse de unguenti effusione pretiosi; Iohannes autem
iudam commemoret. et ideo quia fuerit manifestu puto esse